Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 1123
Quelle:
Copyright:

committitur. quibus fuerint etiam post suum repudium copulati. In hunc modum plura dici possent nisi ista sufficerent. Valete. Epistolam scriptam autumo post an. 1111. quo Ecclesia b. *Johannis* in Suburbio *Senonensi* sita consensu *Daimberti* Archiep. et votis *Stephani* Praepositi *Senon.* tradita est Canonicis Regularibus, ut habes *Gall. Christ.* T. XII. *col.* 195. ubi tamen Autoribus agnomen *de Valeia* ignotum fuit, e *Cod.* nostro subplendum. *Capitulum* X. ab *Ivone* citatum e Conc. *Ilerd.* nobis nunc *Canon* IV. est. Vide *Harduini Conc.* T. II. *col.* 1065. Nunc ad residuas Epistolas.

189. Rotberto Com. Mellentino. 154.
190. Paschali P. Rom. 159.
191. Gaufrido sanctae solitudinis Cultori. 164.
192. Manassi Remor. Archiep. 102.
193. Monachis Columbensib. 192.
194. Hildeberto Cenoman. Archiep. 230.
195. Humbaldo Autisiod. Ep. 241.
196. Hugoni Trecassinor. Com. 245.
197. Henrico Anglor. Regi. 106.
198. Lesiardo Suession. Ep. 246.
199. Paschali P. Rom. 250.
200. Gautero Beluac. Eccl. Bibliothecario. 184.
201. Cononi Prenestino Ep. 273.
202. Bernardo (*in Edit.* Bernerio *vel* Bernero) Boneuallensi Abb. 269.
203. Cononi Prenest. Ep. 266.

In his porro *mss.* Epistolis pauca sunt, quae deviant ab Editis, et reprobanda jam Editores in margg. passim subnotarunt. Quae sequuntur in *Cod.* ad *Anselmum Cantuar.* pertinent, et quidem hoc ordine:

II. *fol.* 75. p. 2. Epistola *Paschalis* II. Pont. Rom. ad *Anselmum*, quae incipit: *Non ignoras diuinę uoluntatis esse consilium* &c. et legitur in edit. *Opp. Gerberoniana Paris.* 1721. p. 383. L. III. *Epist.* ordine 44. sed repone e Nostro *Odia* pro *odio*, *quod agis*, *peragas* pro *agas*, *suscipiat* pro *suspiciat*.

Epistola *Anselmi* ad *Paschalem*, quae incipit: *Inprimis quantas mea potest* &c. et est L. *cit.* ordine 73. p. 393. In hac Noster legit *honestate* pro *Majestate*, item *in ea pietate et veritate* pro *in ea veritate*, item *placet experiri* pro *excipere*. Rectius, si quid video.

Paschalis Responsum ad hanc Epistolam, quod in Edit. statim p. 394. consequitur hoc initio: *Suauissimas dilectionis tuę suscepimus litteras* &c. Hic, ubi Edita habent: *veritatem in mendacium commutarunt*, Codex legit: *veritatem in mendacio inuocarunt.*

Johannis Card. Responsum ad Epistolam, ut videtur, *Anselmi*, quae in Edit. L. IV. p. 440. ordine est 48. commendatitia Nuncii sui *Baldewini* et *Alexandri*, quos ad *Paschalem* ablegarat, ut rursus ex Epistola L. III. 45.

Edit.